


30

I N D E X
LECTIONUM
PUBLICÆ ET PRIUATIM
IN
ACADEMIA
FRIDERICIANA
A FESTO MICHAELIS 1786.
AD FESTUM PASCHATOS 1787.

HABENDARUM.



BUETZOVII
EX OFFICINA FRITZIANA.





LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN docebit; juvante Deo, PARTEM ALTERAM THEOLOGIÆ MORALIS, & insuper tradet INTRODUCTIONEM HISTORICO-THEOLOG. in libros ecclesiaz nostræ symb.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. O. per semestre hibernum DEO adiuuante 1) ea tradet, quibus *Isagoge in uniuersam Theologiam* absolvitur, 2) *Theologiam Dogmaticam* continuabit, 3) in lectionibus exegeticis perget.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. E. bono cum Deo 1) alteram partem *Theologie dogmaticæ* tradet: 2) *Epistolam Pauli ad Hebreos*, post eamque eiusdem Apostoli quæ sunt ad Ephesios, ad Colossenses, ad Philipenses eodem fere tempore scriptæ, interpretabitur.

IURE CONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, Iurum & Philosophiae Doctor &
P. P. O. nec non S. D. a consiliis iustitiae

Absolutis laboribus aestivis, per proximum semestre brumale
occupatus erit in explicando

- 1) *Institutiones Hoepfneri*
- 2) *Digesta Boehmeri*
- 3) *Ius feudale Püttmanni.*

EOB. TOZIVS, Hist. & Iur. Publ. Prof. O. Sereniss. Duc.
Consil. iustit. Hora XI. commentabitur ad librum suum: *Ein-
leitung in die allgemeine und besondere Europäische Staatskunde*,
cuius noua a. p. editio in lucem prodiit.

D. IOANNES IACOBVS PREHN, P. P. O. & Sereniss.
Duc. Regn. Consil. Consistor. finitis feliciter lectionibus aestivis
Deo adiuuante per instantes semestre hibernum docebit.

- 1) *Ius Feudale secundum GE. LVD. BOEHMERI principia
iuris feudalis.*
- 2) *Ius publicum S. R. I. duce IO. HENR. CHR. de SELCHOW
in elementis iuris publici Germanici.*
- 3) *Institutiones iuris ciuilis ad filum compendii Heinecciani
ab HOEPFNERO emendati edit. nouiss.*

Neque sis deerit, qui in elaborationibus practicis, exerci-
tiis disputationibus, aut alia iurisprudentiae parte sua institu-
tione vti cupiunt. Horas lectionumque initium suo tem-
pore e tabula publica indicabit.

MEDI-

MEDICORUM.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Med. P. P. O. & SERENISS. DUC. Conf. Aul.

Si Deus Vitam viresque concesserit, Osteologiam, aliasque anatomiae partes secundum tabulas suas explicabit.

Praelectiones chirurgicae ad desideria praentabilissimorum auditorum ordinabuntur.

Hor. X - XII. Wird er auf hohen Herzogl. Beschl. die Frauens, die ihn zugesandt werden, in der Hebammen-Kunst unterrichten.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archistar, Consiliarius Aulicus & P. P. O. per instans semestre hibernum, simul ac ex morbo diurno, divina assistente gratia convuluit, Pathologiam docebit. Et si praeterea alias institutiones artis medicarum desideraverint nonnulli, ad horum conditiones libenti animo pro posse descendet.

PETRUS BENEDICTUS CHRISTIANUS GRAUMANN, Prof. Publ. Ord. therapeuticas scholas iterum aperit, ac de morbis oculorum & de formulis conscribendis, horis e publicis valvulis indicandis, dicere secum constituit.

PHILOSOPHORUM.

EOB. TOZIVS, Hist. & Iur. Publ. Prof. O. & Sereniss. Duc. a consil. iustit. Hora X. docebit historiam Imperii R. G. ad finum Compendii Pütteriani: Kurzer Begriff der deutschen Reichs-Geschichte.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN : SER. DVCI
REGN. a consiliis aulae, OOLL. Prof. P. Ord. & Bibliothecae
Praefectus b. c. D.

Lectiones cursorias in Vet. Test. continuabit, & rudimenta
L. Hebr. aliarumque cognatarum dialectorum denuo auspicab-
tur propinanda. Praeterea criticam sacram & diplomaticam
orientalem iis, quibus hae dapes sapient, lubenti animo tradet.

SAMUEL SIMON WITTE, Ser. Duci regn. a Consiliis
Aulae ac Jur. Nat. & Gent. Prof. P. O. per instans semestre hi-
bernus horis suo tempore publice significandis *Logicam* item-
que *Metaphysicam* duce Federo explicabit; *Philosophiam* etiam
moralement praelucente Platnero vel Eberardo tradet; nec non
Jurisprudentiam naturalem e libello Hoepfneriano docebit; ac
denique vitam academicam ingredientibus inter recitationum
initia pro more suo e schedis consilia sua *de studiis rite ordinan-*
dis aperiet.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. P. P. O. 1) *Metaphysicam* e suo, quod typis impressum est, Compendio,
2) *Philosophiam omnem moralem*, suos in promptu habens para-
graphos, succincte docendam profitetur: tum uero non minus,
si qui nomina dederint fidemque idonei tirones, disputatoriis ex-
ercitationibus semel in hebdomade uacare non grauabitur.

P. I. HECKER, Mathef. P. P. O. matheos puræ, arithmeticæ, geometriæ, trigonometriæ & analyseos elementa tra-
det, præunte celeber. Kestnero in part. I. & III. der mathema-
tischen Anfangsgründe quarum illa Göttingæ denuo prodiit 1786,
hæc 1767.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS
KARSTEN, Oec. P. P. O. per instans hibernum semestre
1. Privatisimæ Doctrinae Cameralis prælectiones b. c. D. se-
dulo continuabit.

2. Mathe-

2. Mathefeos purae & applicatae partes, e Compendio a fratre edito : Auszug aus den Anfangsgründen ic. tradet.
Horas e tabulis indicabit publicis.

DOCTORUM PRIVATORUM PRAELECTIONES IURIDICAE.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, instante semestri
brumali explicabit

- 1) institutiones iuris Romani, praeeunte Heineccio;
- 2) ius Germanicum priuatum, Selchovio duce;
- 3) in exercitationibus elaboratorio - practicis moderandis ope-
ram collocabit; sicuti
- 4) nec deerit iis, qui aut examinatoria aut disputatoria, aut
praelectiones speciales, easque vberiores, quam quidem in
scholis ordinariis per temporis rationem fieri id potest, ad
hunc illumue locum iuris speciale, quicunque vel etiam
ille fuerit, desiderauerint: horis tabula indicandis.

PHILOSOPHICAE.

M. F. G. S. ZACHARIAE, Homerum Pindarumque al-
ternos interpretabitur; non quo herbam Dircaeо porrigere vi-
deatur Maeonius, sed variorum poëtarum datus quomodo-
cumque quemdam gustum. Xenophontios item Cyropaediae
& Ciceronis de oratore libellos recitatib.

Pauli Apostoli ad Romanos epistolam quemadmodum
interpretatus est, interpretabitur.

Si quis tandem in lustranda Apollodori Atheniensis bibli-
otheca Mythologica vti velit Mystagogο, ei se facile adjunctu-
rum esse pollicetur.

M. I. H. LUDEWIG, L. Angl. L. P.

Publicē hora I-II. explicabit Sr. Andr. Ramsay *Cyropaedia*
or the travels of Cyrus, vel si plurimis placet Pope *Essay*
on man.

Priva-

*Privatum vero, his quibus haec lingua ques ex omnibus fin-
guis viventibus Eruditis est exoptatissima, eleganter & ita
ut quae ore efferuntur leguntur & ipsi Anglo-Britanni
intelligent perdiscere animus est, sedulam offert operam.
Valde exiguum honorarium pro integro semestri solven-
tes si ad minimum 72 lectionibus privatis interfuerint, ac-
cipient testimonium latine & anglice scriptum & iuramen-
ti loco subscriptum, ut culpa negligentiae a preeceptore
amoveatur. Quali testimonio si qui in posterum non fues-
rint muniti, frustra iactabunt, Anglicas hasce institu-
tiones sese frequentasse.*

CAROLUS FRIDERICUS VOIGT, Jur. Cand. consensu
incl. JCtor. Ord. per instans semestre hibernum tradet: I. *Ency-
clopaediam & Methodologiam iuridicam* duce celeb. SCHOT-
TIO; II. *prima totius legitimae scientiae elementa* s. *Institu-
tiones preeiente HEINECCIO*; III. Historiam juris litterariam.

Praeterea Ampl. Philos. Ord. consecatrice *Historiam uni-
uersalem* intra semestre spatium absoluendam enarrabit, & *Ho-
ratii Carmina lyrica* interpretabitur, nec non in scholis priua-
tissimis perget. Horas & reliqua tabula publica dabit.

LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallica
Magister, linguam suam nonsolum docebit, sed eam etiam ad
scribendi loquendique usum traducet.

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt,
magistros quoque habent, artium eo pertinentium peritissimos.

P. P. Bützovii ante Terminum Michaelis MDCCLXXXVI.

